

415 [= 648] Gaudiani presso le rovine dell' antica città vicino la masseria del Sig. Spagnoletti di Andria, 2 miglia al di quà dell' Ofanto nel confine Lucano D' ERRICO. Hodie Andriae apud Spagnolettium.

S E X · D A S I M I O
A · F · O V F · P R I M O
III VIR · A E D III VIR · I · D
QVAESTORI
5 P V B L I C E
D D

Recognovit Kaibel. Misit mihi Iosephus d' Errico Potentinus, qui postea ed. *Bull. Nap.* V p. 69.

XXII. ACERVNTIA (Acerenza). BANTIA.

Aceruntiam (sic scribendum esse ostendit titulus n. 417) sive Acerentiam (nam in titulo Paestano¹ Henzeni n. 5184 aetatis sequioris est patronus *Acerentinorum*) auctores nominant Horatius od. 3, 4, 14: *celsae nidum Aceruntiae (acheruntiae* Porph. et pars librorum Horatii, *acheron-thiae* similiterve alii) cum adnotatore Porphyrione: *Acheruntia oppidum est Lucaniae, quam nidum appellavit, quod parvum sit et in summo monte constitutum* et Procopius bell. Goth. 3, 23: *Τωτίλας δὲ φρούριον ἐν Λευκανοῖς καταλαβὼν ἐχυρώτατον ἄγχιστά πη τῶν Καλαβρίας ὀρίων κείμενον, ὅπερ Ἀχεροντίδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι; ἐνταῦθά τε φυλακτῆριον ἀνδρῶν οὐχ ἴσον ἢ τετρακοσίων καταστησάμενος*, quod praesidium deinceps commemoratur 3, 26. 4, 26 (ubi est ἐν Ἀχεροντίᾳ). 34.

Forentum (sic Plinius et optimi libri Horatii od. 3, 4, 16; *ferentum* libri Horatiani alii et Porph.; *Φερέντη* Diodorus; *torentum* vel *florentum* libri Liviani) Aceruntiae vicinum, hodie *Forenza*, oppidum Apuliae validum expugnatum a Romanis secundum Livium (9, 20) a. u. c. 437, secundum Diodorum (19, 37) a. u. c. 438, memoratur deinde ab Horatio (od. 3, 4, 16: *quicumque . . . arvum pingue tenent humilis Forenti*) cum scholio Porphyrionis (*Ferente oppidum est et ipsum in Lu-*

cania, quod humile appellavit, quod in valle est positum) et a Plinio in Apulia (3, 11, 105: *Forentani*).

Vicinum item oppidum hodie satis celebre Oppido probabile est eo loco esse, quo olim fuit duarum viarum Nerulo Venusiam et Heraclea Venusiam mansio extrema utriusque ut videtur communis, XII vel XV m. p. a Venusia, appellata in itinerario Antoniniano altero loco p. 104 *Opino*, altero p. 113 *ad Pinum*; distat enim Oppido a Venusia c. XV m. p. De tabula aerea Oppidi reperta, quae nomen habet Bantiae, diximus sub n. 416.

Bantium ibi fuisse, ubi nunc est abbatia *di Banzi* quinto lapide ab Acerenza satis constat. Ex antiquis Bantiae meminerunt Horatius od. 3, 4, 15: *saltusque Bantinos* cum schol. Porphyrionis: *Bantia oppidum est in Apulia*, et Livius 27, 25 (similiter Plutarch. Marc. 29): *itaque in Apuliam ex Bruttis reditum, et inter Venusiam Bantiamque minus trium milium passuum intervallo consules binis castris consederunt*, et Plinius 3, 11, 98 *Bantinos* recensens inter populos Lucaniae, et Stephanus Byzantius: *Βάντεια πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Βαντιανοὶ καὶ Βαντιᾶται*.

416 Lex Bantina.

Lex, quae hodie ab argumento Bantina appellari solet, edita vol. I n. 197 p. 45 hoc loco non repetitur. Mihi persuasum est utramque partem tam Osce scriptam quam Latinam ad foedus pertinere inter populum Romanum et Bantinum aliquando percussum; nam in Osca lege nomen *Bansae*, id est Bantiae, Bantinorumque saepius ponitur (v. 19. 27 *censtur bansae* = censor Bantiae; v. 23: *praefucus . . . bansae* = praefectus . . . Bantiae; v. 19: *ceus bantius* = civis Bantinus; cf. v. 30) et Latina quoque lex non dubia indicia habet foedus magis ea contineri a populo Romano confirmatum quam legem ipsas res Romanas ordinantem (v. vol. I p. 46). Sed ut ut est, quaestio et tractata est a me antea neque hoc loco commode pertractari potest. Sufficiet attulisse quae traduntur de tabulae inventione et ipsa dubitationibus implicita (vide quae dixi in dialectis Ital. inf. p. 150). Primarium fragmentum Rosinius, quo auctore in museum Neapolitanum illatum est emptum pretio scut. 400, ait repertum esse a. 1793 Oppidi. Plenius, sed ex narrationibus, ut videtur, parum fidis a. demum 1832 Andreas Lombardus (*memorie dell' inst.* 1, 218) de inventione exposuit sic: *Oppido ha acquistato una certa celebrità per quella tavola di bronzo, che si scoperse nel suo suolo verso il 1790 Questo . . . monumento fu trovato nel luogo detto Lago della Noce, in poca distanza dall' abitato, dai contadini Canio e Francesco Grieco, e venuto nelle mani del sig. Domenico Lancellotti, fu acquistato dal Governo . . . La scoperta fu puramente accidentale, poichè mentre i detti contadini lavoravano quel terreno colle zappe, s' im-*

*batterono in un antico sepolcro formato di grandi massi di pietra congiunt' insieme, e stretti nei quattro lati da forti grappe di ferro, le quali elevandosi sulla lapida superiore, tenevano quasi abbracciata la cennata tavola che giaceva in mezzo, e sulla quale ancora era situato un uccello di bronzo, che sembrava un gallo. I contadini non potendo colle mani distaccare la tavola la ruppero colle zappe, ed è perciò che si vede mutilata, essendosi venduto uno de' mancanti pezzi ad un negoziante girovago di Bari, ed essendo passato l'altro in potere del sig. Maggiore La Rocca pochi anni addietro. Vere frustula quaedam minuta, quibus primarium fragmentum aliquatenus resarciri potuit, nostra demum aetate accesserunt**, sed ut de loco tabulae olim effossae nihil inde edocemur. Oppidi autem quamquam tabula eruderata est, inde non sequitur Bantium eo ipso loco fuisse; nam Banzi vicus cum ab Oppido quarto fere lapide distet, facile fieri potuit, ut inde aes sive antiquo tempore sive recentiore operis faciundi causa Oppidum transferretur.

* Addo hoc loco quae de uno eorum repperi in epistula a Lombardio ad Gervasium (epp. ms. vol. XXIII) data Potentia 7 Iun. 1823: *Fasano vi avrà fatto leggere una lettera da me scritta al Cav. Avellino, colla quale gli faceva conoscere, che il pezzo di tavole Oppidane, di cui vi avea parlato antecedentemente, era passato nelle mani del Maggiore La Rocca. Le mie premure sono state perciò infruttuose. Se ne avessi fatto la richiesta qualche giorno prima, sarei diventato senz' altro il possessore di un tal monumento di antichità.*

417 [= 430] Acerenzae in ecclesia cathedrali, ubi infigi iussit Ioannes Michael Arragonius S. R. E. Presb. Card. Aceruntinus a. 1504.

R E P A R A T O R I O R B I S
R O M A N I · D · N · C L
I V L I A N O · A V G · A E T E R N O
P R I N C I P I
5 O R D O A C E R V N T

Recognovit Kaibel. Henricus Schulze qui vidit dedit et Borghesio et mihi. Henzen 5183 ex ed. 1.

2 D M Schulze.

XXII. ACERVNTIA. BANTIA (p. 43).

ad p. 43. Poculum vitreum editum a Garruccio (*vetri* tab. 35, I p. 69), in quo cernuntur vir et uxor et inter utrumque statua Herculis barbati clavam d., sin. poma tria tenentis stantis in basi, cum adscriptione ORFITVS ET CONSTANTIA IN NOMINE HERCVLIS ACERENTINO FELICES BIBATIS, Cavedonius (*Bull. dell' Inst.* 1859 p. 62) ad Aceruntiam Acerentiamve rettulit, recte omnino. Sed non crediderim *Acerentino* ibi scriptum esse pro *Acerentini*; immo est solito more *Acerentinum*, scilicet vinum.

ad n. 416. Ex actis publicis Neapolitanis (Reg. XIV p. 833. 838) intellegitur tabulam emendam oblatam esse museo d. 14 Febr. 1794 a Dominico Lancellotti Oppidensi, emptam esse d. 26 Mart. eiusdem anni. — Ceterum Banzi vicus non quarto lapide ab Oppido distat, sed octavo.

ad n. 420. Ad ectypum missum a Lacava ut describeret, temptavit Barnabeus successu non feliciore sic: POSVS-ID·V·IDEA | BITO-MEOPEI | PEREINI TIR | NOIOSI | VO VISPIT | XXII P TII | AN X II.

6193 Acerenzae rep. *Strada Piazzā* in fundamentis domus Vincentii Potosa. Prope inventa sunt galea aerea, inares duae, anulus, acicula aurea. In iisdem effossionibus balnearum indicia apparuerunt.

M · SATRIVS ·
CN · POMPEIVS ·
II VIRI · I T e r u m
PISCINAM · RE f i c i u n d a m
5 DEC · SENT · CO e r a v e r u n t

Xaverius Panni canonicus misit Bruzzae, qui mihi dedit.

ad p. 43. Mansionem Opino vel ad Pinum distantem a Venusia m. p. XV non recte collocari ibi, ubi nunc est Oppido, monuit Kiepert. Distare enim hoc a Venusia recta regione m. p. XX, cum anfractibus necessariis minimum m. p. XXV; item mansionem illam pingi in sinistra ripa Bradani, cum Oppido a dextra eius sit. Itaque mansionem eam collocandam esse propius a Venusia, ibi fere ubi est Palazzo S. Gervasio.

6194 ab Acerenza quarto lapide in fundo *Bocicchio, contrada Cerasa*.

VR · · MAXENTI
QVI VIXIT P · M · ANNIS
XXXIII · FRATRI · FRATRES
B · M · F

Xaverius Panni dedit per Bruzzam.

XXIII. VENVSIA (p. 44).

ad p. 45 n. II. Saraceni libelli alterum exemplum Stevenson reperit Romae in bibliotheca Angelica. Auctor est primicerius Venusinus P. Achilles; scripsit commentarium d. 28 Dec. 1584 inscriptum *Discrittione della città di Venosa, sito et qualità di essa*.

ad n. 421. Textum codicis Marciani X, 195 non tam Sabini esse quam Pomponii Laeti nuper intellectum est (v. ind. auct. s. v. Sabinus). Addo ad Mai. 15 in margine adscriptum esse: 'vacat in alio illud MER MAIAE: propterea viden(dum)'.

ad n. 470. Est in codice Londiniensi Harleiano n. 2574 (v. ind. auct.) f. 79 saec. XV. — 5 FIRAE — 8 INTIMO codex.

ad n. 477 Mater est *Annia Cinnae* (uxor).

Postquam haec typis mandavi, prodierunt ex tabulario musei Neapolitani commentaria duo de coemeterio Iudaico detecto Venusiae *lungo la Via dei Mulini* anno 1853, quorum alterum scripsit STANISLAVS D'ALOE d. 31 Oct. 1853, alterum iudex PASCHALIS DE ANGELIS et sacerdos RAPHAEL SMITH d. 10 Nov. 1853, testes oculares omnes et laborioso difficultique negotio diligentissime functi. His subsidiis quominus recte uterem cum obstare intellexerem meam et rerum et linguae Hebraicae ignorantiam, bona fortuna evenit, ut peritissimus Graziadio Ascoli Mediolanensis iisdem commentariis usus totam rem data opera tractaret (*iscrizioni inedite o mal note greche, latine, ebraiche, di antichi sepolcri giudaici del Napolitano*. Taurinis et Romae 1880. 8. pp. 120 tabb. 8; pars est voluminis *Atti del IV Congresso internazionale degli Orientalisti tenutosi in Firenze nel 1878*). Quem librum etsi ipsum adeat necesse est, qui haec epitaphia recte et plene cognoscere volet, nihilominus, cum Ascolius ex XLVII titulis in crypta Venusina repertis eos potissimum ediderit, qui Hebraice toti vel ex parte scripti sunt, meum esse visum

ad p. 45 n. IX a. Antonii LAVISTA advocati *Notizie storiche della città di Venosa*, unde inscriptiones enotatas habui, non profuerunt. Scripsit post Cimagliam.

ad n. 486. Est in codice Harleiano n. 2574 f. 79'. — 1 BABVLIAE — 3 CONIVGI·CAR — 4. 5. 6 CASTOR·C·SALV·CAPITONIVSVM·ET·FILI·P.

ad n. 495. Fabrettius 613, 109 (inde Orelli 2811 et scriptores Sentinates) refert auctore non indicato, collocans Sentini ad S. Francisci, legens 4. 5. 6 NV|TRITIO·ET·VER|NACLO ex emendatione opinor partim vera partim falsa.

ad n. 604. Est in codice Harleiano n. 2574 f. 79' 'in fonte'. — Versus non separantur in hoc exemplo. — 1 ·S·TEI·LEGIS — 2 in. IVS — 4 A·ESSE — TRADI codex, reliqua ut edidi.

est omnes proponere ne Graecis quidem reiectis; neque enim de hoc sepulcreto in suo genere longe primario et perutili ad cognoscendum statum Iudaeorum Italiae inferioris saeculo sexto (eius enim aetatis esse et litteratura ostendit et argumenta titulorum) recte iudicare poterit nisi qui totum cognorit. Quam ob rem ita rem institui, ut egregii commentarii quem Ascolius edidit tamquam supplementum darem, in Hebraicis quantum fieri potuit ad eum remittens, reliqua hic proponens secundum ordinem locorum unde prodierunt. Nam, ut bene monuit Ascoli p. 47 [279], ordo cubiculorum idem est temporis: scilicet ut Graecae linguae usus evanescit, ita crescit sensim usus linguae tam Latinae quam Hebraicae, ut in ultimo cubiculo ad sinistram in decem epitaphiis (nobis n. 6215—6224) Graeca nulla sint, non minus septem tota vel ex parte Hebraeorum lingua perscripta, id quod longe aliter se habet in cubiculis et loco et tempore prioribus.

Ex locorum descriptione, quam praemisit Angelis et Smith, potiora subieci; formam coemeterii quam dederunt cum Ascoli publici iuris